UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xij. Ad choleram.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Visual Library

tidie globulos ſeptem ex hircina carne dabis per quinq. dies: ad vltimum globulum dabis fel cum lachryma ceruina & bitumine Iudaico, quantum capit tui gladij mucro, idque in carnem ſuillã elixam inſeres: aut ex ſynopide tres globulos dabis: aut fel bouis, & fel cerui, & bitumen Iudaicum, miſta cum carne edenda præbebis accipitri.

Ad choleram.

SI cholera infeſtetur, ſigna hæc ſunt. Liquorem viridem euomit. ita purgabis. Betonicæ ſextulam, apianæ radicis ſiliquam, mellis ligulam, atramenti ſepiæ ligulam, vini probi quantum ſatis ſit, vna contundes, & cum videbis ipſum bilem euomentem, tum hac compoſitione ſparſas offas ſeptem primo die ex carne dabis, ſecundo quinque, tertio treis.

Ad exſiccandam pituitam.

COCCVM gnidium purgatum contundito & ſubigito, vſque dum in butyri lentorem redactum ſit, ex quo globulos quinque cõficies, quos melle ſparſos dabis ex carne qualibet: quos vbi accipiter ſumpſerit, ad ſolem exponatur, ſtatimque reddet omnem bilem & pituitam: deinde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN